



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

II. Qualiter, & qua actione petantur Decimæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)



arbitr. §. de qua re. Specul. eodem tit. §. rest. num. 2. Et ratio esse potest, quia de iis transigi potest, ut sup. late ostendimus, c. 5. q. 6. compromissum autem est, † quædam transactio, Auth. si vero contigerit, C. de judic. late Borel. d. tract. §. 1. gloss. 3. num. 268. & §. 2. gloss. 1. nu. 64. 223 & 353.

QUÆRO SECUNDO, Qualiter, & qua actione petantur decime?

PRIMA CONCLUSIO. Si agitur † possessoria adipiscendæ, concludet Curatus, se habere talis loci curam, & ob id petit adipisci decimarum possessionem, ut docet Rebuf. d. tract. q. 1. num. 1. & sic etiam concludi potest † in aliis spiritualibus, ut tradunt Doct. in c. accedens, de accus. Abb. in c. constitutis, in fi. de appell. & cap. pastoralis, colum. 3. de caus. possess. & propr. Si vero agatur † possessorio recuperandæ, quia sit decimis spoliatus, concludet ad restitutionem, juxta tex. in c. ad decimas, de rest. spol. in 6. & solet concludere ad remedium, reintegranda, 3. q. 1. ut ait Rebuf. d. q. 9. num. 2. si decimum turbetur † quis in possessione percipiendi decimas, agit interdicto uti possidetis, seu retinenda, juxta tradita per Fabr. & alios Doct. in §. retinenda, Instit. de interd. & in hac specie decimarum id docet Rebuf. d. q. 9. num. 3. ubi etiam num. 3. dicit, quod hoc interdicto † agere poterit, licet ratione sui beneficii, omnes decimas adhuc non perceperit, sed aliquas tantum, ex quo per collationem beneficii, & apprehensionem possessionis est effectus possessor omnium rerum, & curium suæ curæ, & ecclesiæ; quin etiam hoc interdicto agere poterit † tam contra subditos recusantes solvere decimas, quam contra alios Curatos religiosos seculares, aut regulares, & generaliter contra quoslibet alios illum turbantes in dicta possessione, ut tradunt Host. & alii, in c. dudum, per illum textum, & ibi de decim.

SECUNDA CONCLUSIO. Si agatur in petitorio ad decimas præteritas agi poterit rei vindicatione, ut est optimus tex. in c. moderamine, ibi, sibi vindicent, &



*in c. revertimini ibi, quia fraudastis me parte mea, 16. q. 1. & in c. causa, de verb. sig. ubi in bonis ecclesie numerantur, & expresse tenet gloss. d. c. moderamine, & c. revertimini, & alia gloss. in c. tua nobis, verb. tributa, Abb. nu. 5. 7. 11. & 12. & ceteri, de decim. que gloss. aperte dicit, hoc procedere, ubi etiam decima non sit*

- 34 *gregata; cujus contrarium ¶ late, & solidis sane rationibus tuetur Anastas. Germon. de sacr. immunit. lib. 1. c. 14. n. 16. & duobus seqq. Rebus. d. tract. q. 3. nu. 16. & 17. & q. 9. num. 6. & 4. seqq. ubi etiam probat, ¶ decimarum dominium non transferri in ecclesiam, nisi post segregationem, licet contrarium in hoc concedat gloss. & Doct. d. c. tua nobis, ager ergo tunc cum decima non est segregata ecclesia actione ¶ personalis conditione ex lege canonica; quod si solum illi debentur ex consuetudine, ager ¶ conditione ex lege consuetudinaria, ut docet Rebus. d. q. 9. nu. 15. licet practice non soleant (ut idem ait) variare libellum sive ex consuetudine debeantur sive non.*

38 *Quando autem ¶ actione confessoria, aut negatoria, vel ex dolo agi possit in materia decimarum, quoniam non multum habent necessitatis, remitto te ad not. per Roffred. in tractat. libell. jur. canon. in 4. part. rubr. qua actione dec. pet. & Rebus. d. q. 9. n. 11. 12. 13. & 18. Ego hanc unam subdam conclusionem.*

- 39 *TERCIA CONCLUSIO. Si agatur ¶ inter duas ecclesias de proprietate juris decimandi, tunc agitur confessoria, quia de re incorporali agitur; si vero contra colentem prædium, tunc agitur ¶ conditione ex lege, Host. & Abb. d. c. tua nobis, post gloss. late Rebus. d. n. 14. Et hæc sint satis de hac quaestione.*

*QUÆRO TERTIO, An, & quando causa decimarum sit summaria?*

- 41 *PRIMA CONCLUSIO. Si quaestio ¶ sit inter clericos, quibus de jure debentur decimæ, & eos qui solum vere debent, causa est summaria: text. est in clem. de pendio/am, ubi gloss. in verbo, decimis, ubi ceteri Doct. de decim. Imo & procedi poterit ¶ sine aliqua juris solemnitate*